Tunc uidens impiissimus preses pyrrus constantiā
eius. statuit dare sententiam ei ubi ita exorsus est.
mennam xp̄ianum militem. qm̄ inuictissimorum
imperatorum nostrorum praeceptis oboedire
& inmortalibus diis sacrificare contempsit. ad ex
emplum seruandę disciplinę ceteris. iubemus capi
talem sententiam subire. Tunc scs̄ mennas gratias
agens dn̄o ih̄u xp̄o quod aduenisset ei tempus ut
coronam martyrii acciperet. eunti autem eo cum
gaudio & exultatione. omnis plebs post eius uesti
gia sequebatur. ammirans fortitudinem animi eius.
Ipse autem refouente gratia dn̄i uultu fulgebat.
& laetus praesumens animo ambulabat quasi per
gens ad epulas. & in sp̄u scō canebat dicens. magna
est gloria tua dn̄e in seruis tuis quos ad te uocare
dignaris. Pro omnibus autem qui sequebantur eū
orabat. & commendabat eos dn̄o dicens. Adesto
dn̄e his seruis tuis & ne deseras eos usq; in finem
ut glorificent nomen tuum in saecula saeculorū.
Accelerabat quippe gressum. iam prope uictoriā
coronandus. & extendens manus suas ad caelum
dixit. Gratias tibi ago dn̄e ih̄u xp̄e. quia consola
ta est me uirtus tua. & non permisisti perire ani
mam meam. sed donasti mihi gratiam nominis tui.
Confirma nunc dn̄e quod operatus es in me. ut
confundantur aduersantes audacia. Et respici
ens ad populum dixit. Fratres audite me. hono
rate dn̄m & timete eum ex toto corde uestro. qm̄
memor est dn̄s timentibus se antequam exeant
de hoc saeculo. & postea quam exierint occurrunt
eis angeli dn̄i & deducunt eos ad ciuitatem illius
scām hierusalem. in qua regnent in perpetuum.
Cumq; haec uerba complesset. dixit turbis. cum
decollatus fuero tollentes corpus meum in camelo
inponite. & dimittite eum ita ut nullus precedat.
& tunc uidebitis gratiam dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i. qm̄ ipse de
ducit eum ad locum ubi dignatus fuerit requiescere
seruum suum. In loco autem in quo decubuerit cor
pus meum tradite sepulturę. Cumq; loquendi finē
fecisset. flectens genua panduit ceruicem. & decolla
tus est in sempiternam fidem. & accepit coronā int
agmina angelorum ac martyrum. & sic introiuit
in conspectu dn̄i nostri ih̄u xp̄i sub die tertio idus noue
bris. Cum ergo defunctus fuisset & diuina uirtus
triumphum fidei eius meruisset. Inuoluentes xp̄ia
ni corpus eius uestibus pretiosis. inposuerunt camelo
& dimiserunt eum sicut ipse praeceperat. Camelus
autem ambulabat per nocte praecedente angelo dn̄i
& in loco quo dr̄ uoluit decubuit. qui autem seque
bantur eum. tollentes corpus eius ibidem posuerunt.
Postea uero dignam meritis eius basilicam condide
runt. in qua multas uirtutes operatur dn̄s ad lau
dem nominis sui usq; in presentem diem. cui est honor
& gloria. cum dō patre in unitate sp̄s scī. per inmor
talia saecula saeculorum amen.

EXPL PAS SCI MENNE MAR.

INCIPIT EXPOSITIO
GREGORII EPI TYRONENSIS
ECCLESIĘ MIRACULORUM BEATI
CLEMENTIS MARTYRIS
ATQUE PONTIFICIS

XLIIII. INDIUINIS UOLUMINIBUS REFERTUR
quod secretum regis abscondere bonum est. dī enī
mirabilia enarrare glorificum est. & sicut beatus
paulus apostolus ait. quos praesciuit & praedestinauit
conformes fieri imaginis filii sui. & iterum. quos
uocauit. illos & magnificauit. & cetera. Nam sicut
in gestis eorum repperimus. ita & laudes eorum
conscribimus. Illius namq; moysi famuli dī memi
nisse nos credo. quia iussu pharaonis tunc in fiscella
posito aquis mergi precepit. & in papyrione dum
filia pharaonis lauaret. collegit & nutriuit in filio.
placatusq; in eo dn̄s fecit salutem in manu eius. qui
etiam populum israhelticum per siccum & in medio
mari rubro eduxit. & sitienti populo aquam de petra
produxit. cui in monte syna legem dedit. & bapti
zauit in nube & in mari. Illorum namq; anteriorū
umbris istorum imaginum similitudinem portant.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0278